



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Restitutio facta Domino illam non advertenti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Petrus conduxit operarium, ut puteum effoderet in domo sua, nempe diurni florenti pretio, & hic ollam auro plenam invenit, cuiusdam inventi, sibi, aut conductarii? Respondeo, sibi, Ratio est, quia illud est inventoris. Stando enim in iure naturae, omnes thesauri, cum ex se nullius sint, sunt inventoris, qui nihil tenebitur dare Regi, nihil Reipublicae, nihil Domino agri, in quo reperit. Sed nunc Petrus est inventor, ergo, &c. Obicitur: at reginator Mercatoris gemmas in mari quaerit: Respondeo ita, quia conductus est ad gemmas quaerendas, & operarius conductus fuit ad aquam querendam, non thesaurum, & sicut dictus erinator & forte in mari inveniret enssem, sibi illum acquireret, sic thesaurum fossor, &c. Addit sic: Si lapidis lapsu videretur, aut occideretur casu operarius, sane Petrus non teneretur operario ratione istius damni non praecisi, ergo neque operarius, ratione thesauri casu inventi. Taceat ergo operarius, & gratias agens Deo custodiat beatior sine teste. Hæc ille, abstrahens à legibus positivis, de quibus postea loquitur, & de quibus paulo ante nos egimus, deque iisdem videatur Francisc. Castill. *num. 3. decis. 240.*

§. IV. Quantum.

Tantum debet restitui, quantum est ablatum, ablati autem nomine intelligi damnum, luctu, fructus, &c. iam satis in superioribus est explicatum.

§. V. Quomodo.

Nisi sit alicui obviandum scandalo, satis erit si restitutio fiat sive occulte, sive publice; sive per se, sive per alium: Ita Dicast. lib. 2. de Inst. tract. 2. disp. 11. dub. 10. n. 121. vide *supra* §. 3. non enim est deneganda restituenti, sua fama conservatio. Porro, aliquot mihi fuerunt propositae difficultates, quæ ad huius circumstantiarum dilucidationem facere possunt, & sunt eiusmodi.

Restitutio facta Domino illam non advertenti.

2. Prima: An satisfaciam, si ita occulte restituiam, ut ne ipse quidem læsus advertat. Debeo, verbi gratia, tibi centum ex iniusto, sed occulto latrocinio, & quia sum tuus persamiliaris, timeoque, si secus quocunque alio modo restituiam, ne fur deprehendar; singo tempore tuarum nuptiarum dono tibi geminam auro insertam eiusdem valoris, ac fortum, revera tamen redditurus, liberaborne sic ab onere restitutionis, quo gravabar? Ratio dubitationis est, quia certe moraliter, vel saltem probabiliter scio, te utpote gratissimum Virum, mihi alterum tantum in aliqua simili occasione redonaturum, non redonaturum, nisi ego antea donassem. Respondeo, cum hæc redonatio sit ex mera liberalitate, ad quam ego amicum, nec induxi, nec obligavi, non dicor nisi indirecta causa illius, seu non sum absolute illius causa, sed solum occasio; quare, cum periculum thesauri famæ sit causa proportionata, me excusans à cooperatione huius novi detrimenti, quod ex occasione mei facti muneris patitur amicus, non peccabo, nec ad restitutionem consequenter obligabor. Confirmatur, quia ad vitandam infamiam notabilem, licet differe restitutionem, immò & non restituere, cum sana sit bonum superioris ordinis, ut diximus *supra*, cum de adulterio: cur ergo idem non procedat in casu huius occultæ restitutionis, quæ magis favet creditori? Ex quo vides, idem (si ablit proportionata causa) si, si licet non posse.

An satisfaciam debito iustitiæ per donum gratuitum immemor dicti debiti? Vide apud Trullench. affirmantem in *Dicolog. tom. 2. lib. 7. cap. 4. disp. 5. num. 10.* contra Rodriguez ab ipso citat. legatur omnino P. Bald. sentiens cum Trullench. apud Dianam *part. 5. tract. 13. resolut. 44.*

Restitutio facta per intermediam personam.

3. Secunda: Rem, quam Domino debebam, eidem

missi per hominem, quem credebam fidelem, sed ipse neri suo non satisfaciens, aufugit, obligaborne restituere?

4. Respondeo. In aliquibus conveniunt hic Doctores. Lege Navar. Less. Rebell. Molin. aliisque mox citatis, quibus adde Castro Pal. de *Iustitia commutativa*, & puncto 17. §. 9. Discrepant in uno.

Conveniunt primò, si debitum est ex re accepta, res est ipsi individuo aliena, verbi gratia, vestis, argenteum, hæc numero mensura tritici, quotiescunque culpa gravi Theologica, ad Dominum non affertur, nihil te obligari. Ratio est, quia res Dominopertinet, nisi adhuc in aliquo factus sis ditor, hoc enim ad te debet non est controversum.

5. Conveniunt secundò, si debitum est ex contractu, quo aliquod à te alicui debetur, pari modo in individuo, verbi gratia, Vestis commodata, equus locatus, hæc meo pecunia per modum massæ deposita, proinde saltem esse, te non obligari, quoties sine tua culpa perit, & quia ex contractu non obligatur quis, nisi diligentiam moralem proportionatam illi rei, de qua agitur, in eodem contractu, ut *supra* universum dicitur: cum ergo tu tradendo huic homini, quævis de fidelem credidisti, non peccaveris saltem mortaliter, erit probabile, te ad iterum compensandum non urgeri.

6. Conveniunt tertio, si debitum sit ex eodem contractu, ut si debeatur pretium rei emptæ, vel item si debeas ex re accepta. Verum, ita, ut debeas aliquod in individuo alienum, sed debeas pecuniam solvere, per aliquem, te non liberari ab iterata restitutione. Ratio est, quia cum res quando perit, suo domino perit, illa pecunia in manu mediatoris tibi perit, qui etiam Dominus, quare creditor adhuc erit satisfaciendus. Excepi nisi illam miseris per hominem designatum ab ipso creditore. Ita Doctores communiter apud Dicast. lib. 2. de *restitut. tract. 2. disp. 3. num. 107.* tunc enim creditur in suo homine designato, suam fecit pecuniam, adeo ut ipsi perit. Et tamen Tancredi *part. 2. quest. moral. tract. 2. quest. 16. num. 3.* probabile iudicat, (Et quidem merito, si rem restituendam, vel pecuniam misit per fidem hominem, quia sic prudenter se gessit, præsertim cum nemo sit obligatus per se immediate rem Domino afferre, sed sufficit per personam prudenter electam idoneam.

7. Dissentiunt autem Doctores. Si debitum sit ex delicto: Furatus es equum, misisti per hominem fidelem, perbi gratia, per Confessarium, sive confessorium equum, sive eius pretium, in hoc enim casu idem est, si rem restituendam, vel pecuniam misit per fidem hominem, quia sic prudenter se gessit, præsertim cum nemo sit obligatus per se immediate rem Domino afferre, sed sufficit per personam prudenter electam idoneam.

7. Dissentiunt autem Doctores. Si debitum sit ex delicto: Furatus es equum, misisti per hominem fidelem, perbi gratia, per Confessarium, sive confessorium equum, sive eius pretium, in hoc enim casu idem est, si rem restituendam, vel pecuniam misit per fidem hominem, quia sic prudenter se gessit, præsertim cum nemo sit obligatus per se immediate rem Domino afferre, sed sufficit per personam prudenter electam idoneam.

8. Diana *parte secunda, tractatu 3. sectione 17. resolut. 2.* dicens hanc esse sententiam tutam in praxi, Lessius *lib. 2. cap. 16. dub. 6. num. 67.* dicit non esse contra non improbabilem; Filicinus *tom. 1. tractatu 32. cap. 1. num. 133.* Rodriguez, Petri, Navar. citati à Ducastillone citando, *num. 114.* Diana *parte secunda, tractatu 3. sectione 17. resolut. 2.* quia tu fecisti, quantum potuisti, & quia tunc creditur indicant consentire huic transmissioni per hominem fidelem, perinde ac si ipsemet designasset, siquidem tu prudenter te gessisti. Te nequaquam secunda sententia liberat. (Ita Lessius loco citato, *num. 65.* Rebell. *de restitut. quest. 13. sect. 3. num. 11.* Molin. *tom. 3. disp. 714. num. 2. §. quando per Confessarium*, Toletus, Navar. alique apud Dianam loco citato, quibus adde De Lugo *tom. 1. de iustitia, disputatione 23. sect. 5. à num. 59.* Dicast. loco citato, *num. 111. tumelo num. 113.*) quia in te semper remanet radix obligans ad restitutionem, nempe iniusta acceptatio, & Dominus nisi rem ipse cum effectibus